

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2730

Auteur(s) : Étienne Leplédeur [particulier]

Auteur(s) : Hersende, femme d'Étienne Leplédeur [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert Roignon [clerc]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1290

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente par Étienne Leplédeur à Robert Roignon, de dix sols de rente pour cent sols une fois payés.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 248, p. 234-235.

Dissertation critique

Le 1er décembre ? La fête de Saint Clément (pape) est le 24 novembre.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Stephanus dictus Lepledeor et ego Hersendis uxor sua, de communi assensu nostro vendidimus et concessimus Roberto dicto Roignon, clerico et ejus heredibus, decem solidos Turonenses annui et perpetui redditus, situs et assignatos super quamdam peciam terre nostre sitam in parochia de Origneio Rupho, in feodo domini de Chanceneio, et est juncta ex una parte terre Silvestri dicti Lepledeor, et albotat a parte superiori vie per quam itur de Plesseiaco apud La Hopelidière, et a parte inferiori terre Guillelmi Blesensis, quem redditum promisimus, et garantimus, et tenemur reddere quietum et liberum ab omnibus serviciis, redditionibus, exactionibus et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus quoquomodo, predicto Roberto et ejus heredibus, ad herbergamentum eorumdem, in villa de Origneio Rupho, in perpetuum in festo Sancti Remigii annuatim ; hoc acto expresse in presenti contractu quod si nos vel heredes nostri defecerimus in solutione dicti redditus in toto vel pro parte facienda in dicto festo, ut predictum est, nos tenebimur reddere seu solvere dicto Roberto et ejus heredibus sex denarios Cenomanenses pro qualibet septimana transacta dictum festum, ratione solutionis dicti redditus dilate, pro dampnis et interesse rato, nichilominus remanente redditu principali. Et fecimus dictam venditionem pro centum solidis Turonensibus nobis a dicto Roberto integre persolutis in pecunia numerata..... In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Nos vero Johannes Pichart, vicecomes in terra Pertici, sigillum de terra Pertici, ad petitionem dictarum parcium et ad majorem rei confirmationem, una cum sigillis predicti Stephani et ejus uxoris, presentibus litteris duximus apponendum, salvo omni jure.

Actum et datum die veneris post festum Sancti Clementis, anno Domini M° CC° nonagesimo.